

ALBERTVS DE EYBEN CANONICVS BAMBERGENSIS.



**A**lbertus ille literarum amore hinc inde ad scholas profectus, magnam eruditio[n]em hau[er]it & in uirum doctissimum euasit. Erat enim Philosophus, Rhetor, & Poëta insignis, nec non sacræ scripturæ studiosissimus. Itaq[ue] Bambergensis ecclesiæ canonicus electus est. Hunc Aeneas Sylvius sibi admodum familiarē habuit, & postea cum pontifex crearetur Pius secundus dictus, eum suum cubicularium cōstituit. Scripsit is ad Ioannem ducem Bauariæ, episcopum Monasteriensem & Magdenburgensem, insigne opus, quod Margaritam Poëticam nominauit, præterea de coniugio & alia. floruit sub Friderico Cæsare, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto. Trit.